


Nocturne I

Cf. Ps. 4, 9

1. Ant.  
8. g.




In pá-ce \* in id-ípsum, dórmi-am et requi-éscam.


PSAUME 4

ACTION DE GRÂCE

*Le Seigneur nous fait admirer celui qu'il a ressuscité des morts. (S. Augustin)*



Cum invocá-rem exaudí-vit me De-us iustí-ti-æ me-æ : \*



in tribu-la-ti-óne di-la-tásti mi- hi. *Flexa* : peccá-re ; †

Miserére mei \*

et exáudi oratiónem meam.

Filii hóminum, úsquequo gravi corde ? \*

Ut quid dilígitis vanitátem et quæritis mendácium ?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum ; \*

Dóminus exáudiet, cum clamávero *ad* eum.

Irascimini et nolite peccáre ; †

loquímini in córdibus vestris, \*

in cubílibus vestris et *conquiescite*.

Sacrificáte sacrificium iustítiae \*

et speráte *in* Dómino.

Multi dicunt : « Quis osténdit nobis bona ? » \*

Leva in signum super nos lumen vultus *tui*, Dómine !

Maiórem dedísti lætítiam in corde meo, \*

quam cum multiplicántur fruméntum et *vinum* eórum.

In pace in idípsum dórmi-am et requiéscam, \*

quóniam tu, Dómine, singuláriter in spe *constituísti* me.